



ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI FRE-

DERICO COMITI PALATINO AD

Rhenum, Duci Bauariæ, & Electo-
ratus hæredi, &c.

Dionysius Gothofredus I.C. S. D.



PRINCIPES cœlitus dari
(*Illustrissime Princeps Frederice*)
iure creditum: non qua lege numinis
cœlestis simulachra nos ceteri mor-
tales, sed qua rerum longè maxima-
rum vos Dei ministri, diuinitus ad populos iustitia
& pietate continendos, fato missi. Finis vestri, ius-
tisque imperij (quod nihil aliud quàm cura salutis
alienæ est) obedientium utilitas & salus: nec ab his
certior in cœlum vel ad nominis immortalitatē vel
ad Deum via. Hac animi sanctitate, fide & vita,
gloriosi maiores tui sacrum imperium exornarunt:
& ad vestra Excellentia splendorem usque, hono-
res amplissimos unà cum ditioe transmiserunt.
Horum vestigijs non insistis modò, sed & maiorib.
virtute etiam antistare velle videris: qui hisce an-
nis tuis adolescentibus incredibilem penè nomi-
nis tui famam vel apud exteros iam excitasti: qui
paternarum ditioinum usu non contentus, *Illustri*